

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Aliqvot // [Aliquot] Epistolæ Reverendi // Patris Piæ  
Memoriæ D. // Martini Lutheri quibusdam Theologis // ad  
Augustana comitia Anno 1530 scri//ptæ**

**Luther, Martin**

**[S.l.], 1549**

**VD16 L 3724**

Doctor Martinus Lutherus Christi discipulo ac testi fideli M. Philippo  
Melanthoni fratri suo.

**urn:nbn:de:bsz:31-61767**

et sua retinere contentur, cur non intelligimus omnia esse fucum et mendacium, quaecumque tentant? Neque enim dicere potes est Spiritu Sancto eorum ista studia manare, in quibus nihil poenitentiae, nihil fidei, nihil pietatis est. Sed Dominus qui coepit in uobis perficiat opus suum, Cui uos commendat ex animo 7. kal: Septem: 1530.

O no  
stram ca  
citatem.

## DOCTOR MARTINVS

Lutherus Christi discipulo ac testi fide  
li M. Philippo Melanthoni  
fratri suo.

**G**Ratiam et pacem Christi ueram. Arbitror te mi Philippe iam satis multum experientia uidere Belial nulla ratione cum Christo conciliari posse, nec spem concordiae ullam concipi debere, quo ad doctrinam. Scripsi de hoc ad principem, causam nostram non posse ferre Caesarem iudicem, et nunc, quid literae citationis tam clementis uoluerint, uideamus. Sed forte res ipsa iam dudum ultra progressa est, antequam literae meae uenerunt, id quod tum quoque cogitabam, cum scriberem. At certe pro mea persona ne pilum quidem cedam, aut patiar restitui, potius extrema omnia expectabo, quando sic obstinate pergunt, faciat Caesar quicquid poterit. Quid autem uos egeritis, cupio

Ite  
iam de  
nuo obli  
tus est.

tis, cupio

Epheix.

tis, cupio nosse, Dominum rogavi, qui affuit uobis,  
melior quam ego infinitis modis. Tamen quando  
sic ludunt promissione concilij fallaces isti diabo-  
li, luderem & ipse simul cum eis, appellans à minis  
eorum ad illud nihil & nunquam futurum Conci-  
lium, ut interim pacem haberem. Nihil adhuc  
metuo de ui, aut manu eorum uiolenta, Christus sic  
nos adhuc tentat, qui potens est in nobis infirmis,  
Et hac ratione gloriatur in Concilio Sanctorum  
& nulla alia, **Da wirt nichts anders aus.**  
Alia non habeo que scribam ex hac solitudine,  
Vellem te ista hostium uictoria & iactantia non  
conturbari, sed roborari contra in fortitudinem  
uirtutis & potentie illius, qui suscitauit Christum  
à mortuis, & nos cum illo uiuificabit & suscitabit.  
Oportet enim impios florere sicut foenum, & ini-  
micos Domini honorificari & exaltari, ut intere-  
ant & arefiant in perpetuum, ut psalmi testan-  
tur. Nisi dux G. sic insolesceret, quomodo esset  
noster hostis? Sed tu alia cogitas, Ideo non admit-  
tis mea, quare nec requiem quoq; habes. Et futu-  
ris malis, ijsq; falsis, addis simul presentem crucem  
ipsam quoq; inanem. Christus precor roboret  
& seruet te, Amen, Ex Eremo die S. Margaretha.  
Anno, 1530.

Doctor